

Q. 240. 39.

X 2046992

Zb
240

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS

ad
Exequias

V I R I

Amplissimi & Prudentissimi

DN.

BARTHOLOMAEI EICHHORNII,

Civis, Senatoris & Ædilis in
Rep. oppidana meritissimi

Senis nonagenarij

post I. pom.

Cives Academicos

invitat.



Ge. E. H. H.



REGTOR
ACADEMIAE LIPSIS

Expedit
V. I. R. I.

Amplissimi & Prudentissimi
DN.

BARTHOLOMAE
EICHORNII

Civis, Senatoris & Aedilis in

Rep. oppidana meritissimi

Senatus

post. I. pom.

Cives Academicos

invitat.

LIBRARY

UNIVERSITÄT





Civis & Senatoris nonagenarij, Viri Amplissimi & Prudentissimi Dn BARTHOLOMÆI EICHHORNII, Reip. Lipsiensis oppidanæ per annos quàm plures Ædilis meritisissimi funus indicimus. Rarum hoc est exemplum, nostrâ præsertim tempestate, ultima mundi fece, cum curis & anxietatibus variis macerati homines quinquagesimum, aut sexagesimum vix ac ne vix quidem attingunt. De Patribus Antediluvianis, quòd non nonaginta duntaxat, sed nongentos annos prætergressi ad millenarium propius accesserint, in sacris legimus: quorum ætatem cum nostra contendentes nonnulli aut sublestæ fidei, quæ de Macrobiis istis dicuntur ipsi parvæ fidei, aut per annos mensurna spacia intelligenda censent. Verum enim verò ut fidem derogemus eis, quæ Spiritus S. per Mosen, Prophetarum Oceanum sacrarum literarum monumentis consignari voluit, religio nobis est: annos verò lunares, vel spacia menstrua (quantumvis annus lunaris propriè significet spacium temporis 12. lunationibus constans) intelligi non posse, tum successivum ætatis post diluvium decrementum, tum anni divisio in suos menses, quæ circa tempora cataclysmi universalis habetur, tum vox Jacobi centum triginta septem ætatis annos habentis, & tamen de brevitate vitæ ad longævitatem Patrum non pertingente conqverentis, sole meridiano clariùs ostendunt. Extra dubitationis etiam aleam positum videtur, quòd ante cataclysmum universalem terrâ nascentia plus virium, quàm postquam salsuginosis humoribus globus terrenus fuit infectus, obtinuerint, ut fructus unus integrum pharmacopolium ex Lutheri sententia tunc superaverit. Mosis temporibus ad septuagesimum, vel octogesimum ætatis annum vitæ terminus (si quod fieri suevit ut plurimum, pro universali accipimus) fuit restrictus, quem tamen etiam vix centesimus tum temporis attigit. Ut autem

longævitas primo præcepto promissiones habenti annexa inter beneficia divina non immeritò collocatur: ita & in beatissimo nostro **EICHHORNIO**, Viro portenti, ut Hebræi loqui amant, illud agnoscimus & magnificamus. Sed quia tandem, quod de vivacissimis etiam in scripturis didum, epiphonema ipsi succinitur, mortuus est. supremis honoribus & ceteris ætiosis velificantes vitæ cursum, quem ad exemplum posteritatis peregit, hic recitabimus, & in Mnemosynes templo collocabimus. Quantumvis autem unius propemodum seculi historiam sustineat & nonnullis, nos tamen brevitati litantes summa saltem fastigia, ut etiam ad manus nostras pervenerunt, hic sequemur.

Lucem hanc adspexit Beatissimus noster Senior Minnerstadij, qui Franconia locus est, anno 1569. die 24. Sextilis, ipso **BARTHOLOMÆI** die, à quo nomen accepit. Patrem natus fuit Virum Egregium & Industriam Dn. **JOHANNEM EICHHORN**, civem & Mercatorem ibidem integerrimum: Avum verò Virum Prudentissimum Dn. **VALENTINUM EICHHORN**, Reip. Minnerstadiensis Consulem meritissimum: Matrem vero feminam pudicissimam, muliebrium virtutum nomine commendatissimam **ELISABETHAM**, Dn. **JOHANNIS ALBERTI** Consulis ejusdem loci filiam. Civitate **DEI** donatum Parentes optimi primùm per Præceptores privatos, deinde, cum duodecennis esset, in schola patria pietatis & bonarum literarum elementis initiari voluerunt. Postquam verò ex ephebis excefferat, in celebre Gymnasium Schleusingense, ut fundamentis in patria jactis superstrueret, eundem miserunt. Post præterlapsam cum dimidio biennium, anno sc. superioris seculi 86to in Academiam Salanam de Parentum & Præceptorum sententia concessit, sed propter grassans ibidem malum epidemium locum statim migravit, & in Academiam Leucoream se contulit. Post superatum unius anni spacium, hanc Philyræam accessit, in qua studiis Philosophicis & juridicis ad annum usq; seculi superioris 91mum operam sedulam & infessam navavit. Hoc ipso enim, præmissis præmittendis, piis precibus & Parentum

rentum consensu matrimonium inuit cum Virgine lectissima **MAR-**
THA, Viri Præstantissimi atq; Doctissimi **Dn. GEORGI FRU-**
BENII, Jurium Candidati & Practici filia, ex qua liberorum un-
 decim 6. masculorum 5. filiarum Parens factus fuit. Tres statim in
 pueritiæ annis oppetierunt: reliqui non ad annos solummodo pu-
 bertatis, sed & ultra vigorem ætatis pervenerant. Hos inter primus
 in ordine **Dn. GEORGIUS**, civis & Reipublicæ oppidanæ judex nomi-
 natissimus, qui rursus 12. liberis, 6. masculis & 6. fæmellis fami-
 liam auxit. Ex his **Dn. Parenti** superstites agunt filij quatuor, se-
 quioris sexus unica, natu vero major filius Dominus **VIRGILIUS**,
 civis & Mercator h.l. filiolo **HEINRICO JACOBO** civis & quicquid
 nostram **Dn. Edilem** proavum fecit. Reliqui **JOHANNES**
GEORGIUS in Pharmacopolio Rochlitiensi Provisor, **BARTHO-**
LOMÆUS arti Pharmaceuticæ addictus, jam Posonij, quod est
 Pannoniæ inferioris oppidum limitaneum, agens, **JOHANNES**
CHRISTIANUS & MARIA ELISABETHA, **Dn.**
 Avum lugent, & de Ipsius obitu certiores facti lugebunt. Filius
 & noster nostri Domini **Edilis** in ordine secundus **CHRISTIA-**
NUS mercaturam faciens Francofurdi ad Mœnum fatis concessit.
 Tertius **BARTHOLOMÆUS** Musarum castra secutus in
 Academia Jenensi & Altorphina studio Juris se adplicuit, suorumq;
 progressuum specimina publica edidit: Tandem tamen consensu **Dn.**
 Parentis militiæ nomen dedit, & postquam vexilligeri & Locum te-
 nentis partes laudabiliter sustinisset in prælio **VVittstockiensi** coram
 hoste suo fortiter occubuit. Filia natu major **ELISABETHA** con-
 tubernalis cessit Domino **DANIELI PFADENHAUERO**,
 civi & Institori Lipsiensi, ex qua etiam utriusq; sexus quinque liberos
 suscepit, anno 1637. contagio pestis unâ cum Parentibus extinctos.
 Natu secunda Viro Clarissimo atq; Experientissimo **Dn. BALTHA-**
SARI Phemelio Medico & Practico Heburgensi vitæ consors fuit
 addita: quorum Conjugum conviviis quatuor amoris Conjugalis
 pignoribus, duobus masculis & duabu. fæmellis fuit ob signata. Quæ
 fuit

fuerunt de sexu fœminino diem suum in cunis obierunt, filij vero
BALTHASAR & BARTHOLOMÆUS à milite
 Cæsareo, cum essent pubertatis annis proximi, anno 33. fuerunt ab-
 ducti, de quibus, an adhuc sint in vivis, nemini constat. Tertia
MARGARITA in matrimonio vixit cum Viro Eximio
 atq; Præstantissimo Dn. M. **MATTHÆO PLEISSIO** Co-
 nizensi Borusso, J. U. Candidato & Collegij B. Virginis Collegiato,
 in quo divinâ benedictione utriusq; sexus sobolem adjiciendo fimbrias
 familiæ adhuc magis dilatarunt, sed obitu suo Dn. Avum omnes an-
 teverterunt. Hæc ipsa filia post beatam Conjugis sui analysin ad
 secunda vota transiit Dn. **HIERONYMO KRAPP** IO
 jugalis addita, quem etiam duplici prole, sed à Parentibus & Avo
 præmissa, fecit Parentem. Quarta **SUSANNA** σὺζυγὸς Dn.
HENNINGO à Thoren cessit, geminam sobolem, sed cœlo jam
 adscriptam, enixa. Quinto **ROSINA** in statu Virginali anno
 1637. Epidemio malo tum temporis grassante rebus humanis fuit
 exempta. Cum Conjugis prioris anno 1611. die 10. Jan. per mor-
 tem præmaturam fecisset jacturam, viduitatis quidem statum non
 migrare animum induxit, sed tamen propter octenam sibi relictam
 sobolem, & res domesticas non aliter postulantes post quadriennij ferè
 decursum anno sc. 1614. fidem conjugalem dedit Fœminæ sui sexûs
 ornamento non vulgari **AGNETI**. Dn. M. **SCHADÆI** relicte
 Viduæ, natæ **PHÊMELIÆ** filie Consulari, cum qua suaviter
 vixit, nec amoris Conjugalis ἀνεστῆ. Non tantum enim filiam
 in flore ætatis exstinctam Domino Parenti peperit hæc Conjux opti-
 ma, sed etiam filio jam Viro Clarissimo & Pereximio Domino M.
JOHANNE CHRISTIANO EICHHORNIO,
 SS. Th. Baccalaureo, ceu fulcro, familiam statuminavit. Et ita
 13. liberos, 27. nepotes & neptes, unum pronepotem, junctim 41.
 ex lumbis suis egressus ὁ ἐμφορῶνταρ & vidit.

Ordini

Ordini Senatorio statim circa seculi currentis initium anno
nim. 603. fuit adscriptus, in quo per omnes gradus ad ædilitiam di-
gnitatem, quæ seculi hujus anno 30. fuit ad ipsum devoluta, perre-
xit. In quibus officiis constitutus hoc egit, ut spartam suam orna-
ret, fidem & industriam Dominis Collegis probaret, & apud bonos
bonæ existimationis vadum tentaret. Aliàs Christianus esse, quàm
videri maluit, JESUM vitæ suæ scopum fixit, delicias suas in
verbi divini lectione & auscultatione quæsiuit, crebro mysteriorum
usu fidem suam roboravit, fontes suos foràs in egenos derivavit, &
Christianis tesserâ præ multis insignitus in ærumnis variis occalluit.
Quantumvis autem octogenario major senex adhuc vegetus videre-
tur, manus ac pedes suum facerent officium, sensus omnes integri re-
perirentur & ipsa gubernatrix recta ratio ad clavum ritè sederet, an-
te sesquviennium languidiusculè habere, quin & ante spacium annu-
um lecto affigi cœpit, cura tamen Dn. Medicorum sibi quoad antenus
restitutus templum accedere, & in cœtu publico Eucharistia sacra
rursus uti cœpit. Viribus interim sensim decrevit, donec ante 14.
circiter dies iterum in lectum (sed emortualem) conjectus cum ictero
flavo conflavit. Omnia verò ad beatum exitum vergerè sentiens
ante obituum ad beatam ex corporis hujus domicilio emigrationem
& in patriam cœlestem peregrinationem epodico sacro instrui voluit.
Classicis etiam scripturæ dictis à Domino confessario erectus promif-
siones gratiæ sibi applicavit, & materiam concionis funebris CHRIS-
TIUM esse vitam suam, mortem dulce lucrum, in ore ac mente sem-
per habuit. Dulcis istius lucri particeps factus est die 22. Nov.
circa sextam vespertinam, cum in placidum solutus somnum animam
in manus Salvatoris sui exhalavit, annum ætatis provectæ sine pari
forsan h. in l. agens nonagesimum. Ita & canities hæc veneranda
viam tandem omnis carnis egressa mortales nos esse docuit. Transivere
Patres, simul hinc transibimus omnes, In cœlo patriam, quæ
benè transit, habet. Exuvie Spiritus S. domicilium dormitorio suo
post auditam I. pomer. condetur. Nos Senis hujus venerandi, tem-
poris

poris nostri Phœnicis, exequias comitatu decenti condecorabimus, &
ut nostri frequentes se jungant tum in honorem Ipsius uacætræ de-
functi, ordinis nostri æstimatoris singularis, tum ut honoratissimæ fa-
miliæ hoc ultimo pietatis officio dolorem aliqua ex parte levent,
presentibus jubemus. P. P. 3tio Cal. Dec. anno
M DC LVIII.

Literis Colerianis.



VDTT

M.C.

Ms. 240. 39.

X 204699

RECT
ACADEMIÆ L

ad
Execu

V I R

Amplissimi & Pr
DN.

BARTHOL
EICHHO

Civis, Senatoris
Rep. oppidana n

Senis nonagen
post I. pon

Cives Acade
invitat.



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

